b *Abſenti.*] Item quod non ualet donatio abſenti facta, habetur per Tiraquell. in l. ſi unquam. Codic. de reuocan. donat. fol. 98. Rom. conſ. 295. deciſ. 35. Barbat. conſ. 80. Boer. deciſ. 172. et 353. deciſ. Tholoſan. 385. Sed quid ſi referat penes donatarium uide per Aret. in conſilio 17. col. 4. Quid ſi eſſet donatio tacita? quod ualeat per Tiraq. de il. connubi. fol. 143. Iaſ. conſil. 13. uolum. primo. Idem de donatione dotis cauſa, per Decium conſ. 35. Idem de donatione facta abſenti, ſi ſit iurata: per Ruinum conſil. 18. num. 12. in 1. Idem de donatione cauſa mortis etiam facta in teſtamēto, uide per Deciſionem Toloſanam 383. Quid de donatione ratificata? uide Dec. conſil 247. colum. 4. Ruin. conſ. 57. nu. 3. uol. 1. *Giach.*

c *Non valet.*) Hoc intellige, niſi donatio facta abſenti uallata ſit traditione, ut ſentit gloſ. 1. in l. nec ambigi. Cod. de donat. & ita intelligitur dict. Azonem in ſumma, C. de don. uerſic. cui poſſit donari, & hoc uoluit Bald. & Cyn. in l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ. *Gouean.*

d *Nuncio, vel epiſtola interueniente, poteſt donatio fieri abſenti.*] Adde

3 idem † ſentiens Petrum Nicolaum Mozzium in

b *ſi fiat, abſenti nō* [c] *valet. Tex.*

c *eſt in l. abſenti. ff. de donation. & ita volunt Doct. communiter omnes, vt dicit Corn. conſilio 73. in lit. C. libro tertio. Hanc etiam dicit eſſe communem Pariſ. conſ. 88. num. 15. lib. 3. intellige, niſi interueniat nuncius, vel epiſtola. Nam*

d *nuncio,* [d] *vel epiſtola interueniente, poteſt donatio fieri abſenti. Ita colligi videtur ex gl. in l. nec ambigi, in gloſ. 1. C. de donatio. & eſt communis opi. vt dicit Card. conſ. 254. col. 3. prout illum refert Capic. deciſ. 180. num. 8. licet ergo illū non inuenerim.*

2 *Scias tamen, quod ad hoc vt valeat donatio facta abſenti cum interuentu nuncij, requiritur, ꝙ talis nuncius ſit addi ſpecialiter à donante deſtinatus, alias non perficitur donatio, neque ſufficeret, quod aliquis motu proprio illam donatario notificaret. Ita tenet gl. ſupra allegata in d. l. nec ambigi, quam ſequitur communis Doctorum ſententia, vt ait Roman. conſ. 295. num. & ſeqn. quē refert Corn. conſ. 254. in lit. A. lib. 3. quem forte voluit allegare Capic. vbi ſup. Et dicit Marſ. in l. ſi quis de q. nu. 69. ff. de q. quod illam glo. ſequuntur communiter Doctor. Hanc etiam eſſe communem concluſionem atteſtatur Guid. Papæ deciſ. 222. numero 2.*

3 *Sed pone, quod non ſolū donatio abſenti facta ſit verbo tenus: ſed etiā poſtea ipſe donatarius acquiſierit poſſeſſionem rei donatæ, nunquid valebit donatio? Reſp. quod adhuc non dicitur perfectus contractus donationis, quod acquiſitionem dominij, ipſi nuncius, vel epiſtola interueniat. Et hæc videtur eſſe communior opin. vt dicit Capic. in allega. deciſ. 180. poſt nu. 9. Cū enim donatio non poſſit perfici, niſi interueniēte pacto, et ſic conſenſu vtriuſque, ſcilicet tam donantis, quam donatarij, nō poteſt dici inter abſentes conſenſus efficax interueniſſe, niſi vel nuncius, vel epiſtola intercedat, vt ſupra dictum eſt.*

4 *Sed quid ſi donatio facta ſit præſenti, ſed tacente? dixi infra q. 14. verſ. ſed pone.*

5 *Quæro etiam, ſi donatio facta ſit abſenti coram quinque teſtibus, an ſuſtineatur in vim fideicommiſſi? dixi ſupra q. 5. verſ. ſed pone.*

6 *Item quæro, nunquid hæc concluſio, quæ habet, quod donatio facta abſenti non valet, habeat locū etiā in donatione,*

e *quæ fit Eccleſiæ,* [e] *vel piæ cauſæ, vel pauperibus abſentibus? Reſp. ꝙ ſic: & ideò ſi aliquis pro ipſis nō acceperit, donatio nihil valet. Ita dicit gl. in l. Illud. in ver. alia cauſa. C. de ſacro ſanct. Eccl. quā cōmuniter approbant Doct. vt ait Ruin. cōſ. 13. nu. 10. lib. 4. & conſ. 37. num. 14. eod. volum. Quod nota, quia de facili quis reſponderet contrarium.*

tract. de donat. ſubſtantialibus, &c. nu. 23. Graſſum dicto §. donatio cauſa mortis, quæſt. 9. numer. 3. Hartmannum Piſtoris d. quæſt. 13. num. 2. cum ſequentib. & Berlichium d. concl. 2. nu. 4. vbi plures citat. *Harprec.*

e *Vel piæ cauſæ.*] Adde quod donatio ad pias cauſas ſubſiſtit ante ratificationem. iſtam opin. veriorem, melioribuſque rationibus fulcitam, ac magis communem atteſtatur Ioſeph. in deci. Peruſ. 29. ſub numero 18. factaque Eccleſiæ, haud reuocatur, quoad filiorum ſuperuenientiam, niſi quoad legitimā, commune Card. Pariſ. conſil. 73. numero 24. *Giach.*

4 e *Quæ† ſit Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, &c.*] Adde ea de re videndos Petr. Nicolaum Mozzium, d. tit. de ſubſtantialibus, &c. nu. 23. verſ. quod adeò verum eſt &c. & Hartmannum Piſtoris d. quæſt. 13. num. 5. & nouiſſime Thadeu Piſon. lib. 4. var. reſol. cap. 3. num. 12. *Harprec.*

## QVAESTIO XIII.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Donatio facta abſenti, notario ſtipulante, an valeat.*
2 *Et an poſſit reuocari priuſquam ab illo abſente accepta ſit.*
3 *Et an poſſit reuocari ante acceptationem.*
4 *Et quid ſi donatarius deceſſit ante ratificationem.*
5 *Et quid ſi donatio facta ſit præſenti cum pacto, quod transferatur in aliquem tertium, qui ſit abſens.*
6 *Et an hæres donatoris poſſit tale pactum reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus donatio valeat, abſenti, & ignoranti facta, notario acceptante donationem remiſſiue.*
2 *Nunquid poſſit fieri conuentio, quod aliquo caſu contingēte, res tranſeat in tertium abſentem: & num dator iſtiuſmodi conuentionem reuocare poſſit, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a 1 CVm *interuentu notarij, &c.*] An† & quatenus donatio valeat, ſi facta ſit abſenti, & iguoranti, Notario acceptante donationem, late, & quidē diuerſimode, poſt Clarum noſtrum examinant Bocerus in Commentar. de donationibus, cap. tertio, numero tertio, edit. 2. Riminald. iunior in Rubrica Inſtitut. de donationib. nu. 14. Anton. Faber. p. 2. de erroribus prag. decad. 47. error. 1. & ſequentib.

QVÆST. XIII.

1 D*Ictum eſt in præcedenti Quæſtione, quod donatio facta abſenti, non valet. Pone, ꝙ aliquis donet*

a *abſenti cū interuentu* [a] *Notarij, qui pro ipſo abſente ſtipula*

b *tus* [b] *fuerit, & acceptauerit. nūquid donatio valebit? Reſp. iſta eſt ardua quæſt. in qua magna eſt cōfuſio īter Scribētes: ꝓpterea pro faciliori intelligētia ſcire debes, quod dupliciter poteſt conſiderari donatio collata in abſente. Primo, quādo ego dono aliquam rē Titio abſenti. Secundo, quando ego dono aliquam rem Titio præſenti, hac conditione adiecta, vt aliquo caſu adueniente res perueniat ad Caiū abſentem. Certum eſt enim in iure, quod licet regulariter alter alteri ſtipulari non poſſit: poteſt tamen donator in donatione apponere legē rei ſuæ, vt aliquo caſu adueniente perueniat in tertium, l. in traditione, cū ibi not. ff. de pact. & ex huiuſmo-*

Mozzius in tract. de donationibus, tit. de ſubſtantialibus, &c. num. 25. & Do. Georgius Obrechtus diſp. 2. de donationibus, theſa. 113. & aliquot ſubſequentibus. *Harpr.*

b *Stipulatus fuerit.*] Quid ſi Notarius nō fuit ſtipulatus pro abſente, An valeat, quando adeſt clauſula: Quæ Donatio ſtipulata, & ſolemniter celebrata? & quod ſic, vide per Ruin. in conſilio 180. num. 11. verum etiam ſuſtinetur per clauſulam omni meliori modo, per Crauettam



uett. in conſ. 131. num 3. Et adde, quod præſentia ſemper præſumitur, licet non dicatur in donatione: vide per Boer. in deci. 33. col. 2. *Giach.*

c *Ipſe valeat.*] Itē quod donatio pro aliquo abſente acceptata reuocari haud poſſit per donatorem ſecūdum omnes: vide per Cæph. in conſ. 33. ſub n. 6. quod etiam dixi in ſępe d. colle. mea, n. 66. *Giach.*

d *Poſtea reuocari.*] Sed quid ſi donatio ſit facta abſenti notario ſtipulante: et poſtea ſit facta alia donatio ſecundo loco præſenti, & acceptāti, an prima donatio præualeat? vide per Rub. conſ. 117. Corn. cōſ. 50. nu. 18. vol. 1. & cōſ. 2. vol. 3. Guid. Pap. dec 49. & plenius dico in regul. meis contractuum, verb. donatio. *Giach.*

e *Transferre.*] Vide ad idē etiā per Cęph. in d. cōſ. 33. n. 7. vbi dicit erraſſe Caſtrēſ. & ceteros tenētes donatorē trāſferendo rē donatā in aliū, adeò præiudicare domino, vt tanquam re non integra donationē non poſſit ratificare, modo ab alio donatarij nomine fuerit acceptata. *Giach.*

f *Tiraq.*] Quē vide ibi. quia limitat, declarat, & diſtinguit plenius. *Giach.*

g *Secundā donationē.*] Itē ſi donationes duæ ſint factæ, quæ præualeat? vide per Dec. in conſ. 251. et 423. in fin. *Giach.*

h *Poſſeſſionē rei donatæ.*] Vide ad idē per Frāc. Aret. in conſ. 13. *Giach.*

*Quando*

*di pacto, ſeu ſtipulatio. acquiritur illi tertio actio vtilis, ſine ceſſione. l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. & ita tenet Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. nu. 5. in fin. ff. de verbor. oblig. quem ſequuntur communiter Doct. vt dicit Soc. conſ. 115. nu. 1. lib. 4. Et licet text. in d. l. quoties loquatur, quando appoſitum eſt pactū, vt aliquid ex re donata præſtetur, tamen intelligēdus eſt etiā, vt procedat, quando donatur ſpecies, & apponitur pactum de danda pecunia. Et hæc opi. eſt communis, & tenenda, vt ait Soc. conſ. 236. nu. 1. lib. 2.*

2 *Primo ergo caſu, quando aliquis donat Titio abſenti, medio Notarij ſtipulantis, & acceptantis, non videtur dubi-*

c *tandum, quin donatio ipſa valeat, et quæratur actio ſine ceſſione: poteſt enim Notarius alteri ſtipulari, &c. vt late dixi infra, hoc eod. lib. §. ſtipulatio. Et ita hanc concluſionem* [f] *eſſe in iure receptiſſimam atteſtatur Soc. Iun. conſ. 67. nu. 4. lib. 3. Sed difficultas eſt, nunquid antequam Titius ratificet, vel acceptet ipſa donatio dicatur perfecta, ita quod ab*

d *ipſo donante nō poſſit* [d] *poſtea renocari? Reſpon. aut donator ante acceptationem, vel ratificationem donatarij ſimpliciter donationem ipſam reuocauit, & reperio quod Paul. de Caſtro in vulgato ſuo conſilio 105. poſt n. 3. verſ. Sola vero reuocatio. lib. 2. tenet quod talis ſīplex reuocatio facta per donantem non impedit, quo minus ſubſequi poſſit ratificatio per donatarium, & ſic donatio ipſa perfici, tali reuocatione non attenta, licet à multis illa deciſio Pauli de Caſtr. in contrarium allegetur; et in hoc credo, quod opin. Paul. de Caſtr. ſit vera, & communis, quamuis plerique atteſtantur, communē opin. eſſe in contrarium, ſcilicet, quod imò poteſt ante ratificationem donatarij per donantem reuocari, & in ſpecie Cagnol. in quo tutela, §. nec paciſcendo, in fin. ff. de reg. iur. quem refert Tiraquell. de conſtit. in 30. limit. numero 9. Alba. conſilio 36. numero 1. Quinimò Alciat. in c. cum contingat. nu. 324. & ſeq. vſque ad nu. 331. tenet, quod talis donatio ante ratificationem non valeat, et quod ſi donatarius ante ratificationē moriatur, nō poſſūt eius hæredes illā ratificare; & dicit, quod eſt magis cōm. opin. Et idem tenet in l. 2. §. ex his, n. 3. ff. de verb. oblig. ſubdens, quod ſecundum hanc opinionem pluries conſuluit, & oſtendit illam eſſe communem, & de iure veram. Sed certe, vt dixi, contraria opin. eſt magis communis, ſcilicet quod nō poſſit reuocari, pront illam eſſe magis cōmunem atteſtatur, Goz. conſ. 87. circa fi. & ex infra dicendis magis apparebit.*

3 *Aut vero donator non tantum ſimpliciter donationem ipſam adhuc non acceptatam reuocauit, ſed etiam rem donatā in alium cum effectu tranſtulit; & tunc multi adhuc allegant Paul. de Caſtr. in alleg. conſ. tenere, quod prima donatio per ſecundam reuocari poſſit: tamen niſi fallor, Paul. de Caſtro loquitur in alijs terminis; prout infra dicā. Bene verum eſt, quod ex eius verbis colligitur, quod ipſe fuit in hac ſententia, dū ait, quod ſuperueniens ratificatio, ſeu acceptatio, non præiudicat ijs, quibus medio tempore fuit ius quæſitum. Et ſecundum hanc opin. quod ſecunda donatio præiudicet primæ non ratificatæ, conſuluit Dec. conſil. 226. & eam dicit eſſe communem Cagnol. in l. fin. nu. 272. C. de pact. Contrariam tamen ſententiam, ſcilicet quod imò per huiuſmodi donationem, intercedente ſtipulatione notarij, abſenti factā, ſit quæſitum ius donatario irreuocabiliter, etiam ante ratificationem, ita quod nō poſſit deinde donator rē ipſam in aliū*

e *transferre,* [e] *tenuit Soc. iun. conſ. 118. poſt nu. 12. verſ. Non obſtat tertia, lib. 2. vbi dicit, quod licet ſit magna auctoritas Paul. de Caſtr. & Dec. tamen in hoc eorum opin. nō videtur tenenda, & de ijs dicit poßet illud; Quandoque bonus dormit Homerus. & ibidem poſt num. 16. dicit, quod contra eos eſt commun. opin, quem refert Didac. in rubr. de teſtam. in 3. par. poſt num. 13. licet non ſatis perfecte iudicio meo. Hanc etiam opin. ſentit eſſe magis communem Soc. Iun. conſ. 121. nu. 8. & ſeq. lib. 3. Et dicit Apoſtill. ad Dec. in l. contractus. ſub nu. 22. ff. de reg. iur. quod hæc opin. de iure erat verior, & communis, licet Apoſtil. ad Alex. conſ. 31. ſub nu. 16. lib. 6. dicat, quod hodie opin. Decij eſt crebrior, & regia conſtitutione in regno Franciæ confirmata, quē refert Tiraquell.*

f *de* [f] *conſtitut. in 30. limit. nu. 9. Ego vero in hoc ſecundo caſu conſiderabam, quod aut præfatus donatarius ante ſecun-*

g *dam donationem* [g] *adeptus erat poßeſſionem rei* [h] *donatæ:*

h *& tunc, cum adipiſcendo poſſeſſionem videatur ratam habuiſſe donationem, non eſt dubitandum, quin prima donatio præualeat ſecundæ. Omnes enim conueniunt, quod in iſtis terminis etiam tacita dumtaxat ratificatio ſufficiat ad hoc, vt donatio irreuocabiliter perficiatur. Aut vero primo donatario non fuit tradita poſſeſſio, ſed ſecūdo: et tunc puto, ꝙ res careat omni difficultate. Nā etiāſi prima donatio fuiſſet facta præſenti, & acceptanti: adhuc eſſet præferendus ſecundus donatarius, cui fuiſſet tradita res, ſecundū regulā, l. quoties, ff. de rei vendic. Aut nō fuit tradita res primo, neq; ſecundo donatario: & tunc in pari cauſa cenſerem primū eße præferendum, etiāſi ſecundus prius acceptaßet, licet hoc non tranſeat ſine ſcrupulo, etiā præſuppoſita pro vera illa opinione, quod ſimplex reuocatio donatoris non ſufficiat, quā etiam tenuit Paul. de Caſtr. in alleg. conſ. vt ſupra dixi, & re vera hic paſſus eſt valde dubius, & periculoſus.*

4 *Tertius eſt caſus, quando donator donationem non reuocauit, neque rem in alium tranſtulit, ſed antequam donatarius acceptaret, vel ratificaret, deceſſit; & hoc caſu conſuluit Paul. de Caſtr. (ſi bene aduertatur) quod hæredes donatarij non poſſunt ratificari huiuſmodi donationem in præiudiciū hæredum donantis (quia in caſu ſuo etiam donator erat mortuus) quibus (vt ipſe dicit) iā erat ius quæſitū, eo quia per mortem donatoris erat in eo tranſlatum dominium ipſorum bonorū. Sed certe licet magna ſit auctoritas Paul. de Caſtr. illa ſua opin. mihi nunquā placuit: ex ea enim ſequitur vnū, quod regulariter eſt maxime abſurdum, ſcilicet quod hæres, qui repræſentat perſonā defuncti, poſſit eius facto contrauenire. Præterea ſi (vt ipſemet Paul. ibidem tenuit) ipſe donator viuens non potuiſſet ſola reuocatione impedire ratificationem donatarij, vt dixi ſupra, verſ. Primo ergo caſu, quanto minus dicendum eſt, quod potuerit illam impedire ſola morte, quæ in hoc caſu non infert expreſſam, neque tacitam tranſlationem. Nam acquiſitio, quæ fit per hæredem, nō di-*

*citur*

i *Quando quis donat alicui præſenti, cũ pacto, erc.*] 
2 An † conuentio fieri poſſit, quo aliquo caſu adueniente, res perueniat in aliquem tertium abſentẽ: & an donator huiuſmodi conuentionem, ſiue pactũ reuocare queat poſt Clarum hoc loco noſtrum, abunde etiã declarat Mozzius ſub d. tit. de ſubſtantialibus, &c. numero 28. *Harprec.*

*citur proprie fieri per viam alienationis à defunsto, ſaltẽ reſpectu alicuius rei particularis, cum ſit alienatio neceſſaria legalis, ex qua non poteſt in propoſito inferri aliqua reuocata voluntatis declaratio: & ſi caſus cõtingeret, credo, quod nõ erraret Iudex, qui contra opin. Pauli de Caſtro ſententiam in hoc caſu proferret, quæ etiam expreſſe conuincitur ex traditis per Doctores, quos allegaui infra verſic. Sed pone.*

5 *Secundus eſt articulus, quando quis donat* [i] *alicui præſen-*
i *ti, cũ pacto, quod aliquó caſu adueniente, res perueniat in aliquem tertium abſentem: & hoc caſu non eſt pariter dubitãdum, quin talis conuentio valeat, & illi abſenti quæratur actio ſine ceſſione; ſiue Notarius, ſiue etiã ipſemet donator ſtipulatus fuerit pro ipſo tertio abſente, vt dixi ſupra in principio quæſtionis. Pariter etiam non eſt dubitandũ, quin ſecuta ratificatione illius tertij, ſit perfecta donatio, ita ꝙ irreuocabiliter vt ipſi abſenti ius quæſitum. Difficultas eſt, nunquid poſſit donator poſtca huiuſmodi pactum reuocare, ante quam fuerit ab ipſo tertio abſente acceptatum. Dic ergo, quod ſiquidem Notarius pro abſente aeceptauit, non poteſt amplius illud pactum reuocari in præiudicium abſentis, cui mediante ſtipulatioue Notarij fuit ius quæſitum: etiãſi donator, & donatarius concorditer vellent reuocare. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Socin. Iun. in d. conſ. 118. nu. 13. lib. 2. Hanc etiam opin. communem eſſe atteſtatur Didacus lib. 1. reſolut. cap. 14. num. 11. Sed quid ſi nullus pro ipſo abſente acceptauit, nunquid poterit reuocari? Reſpon. Bart. l. qui Romæ. §. Flauius, num. 1. ff. de verb. oblig. tenuit, quod poſſit donator tale pactum remittere iu præiudicium ipſius abſentis: & opin. Bart. dicit eſſe communem. Soc. in d. §. Flauius. nu. 14. & in l. 2. num. 66. C. de Iure emphyt. quem refert Cagnol. in d. l. id, quod noſtrum, num. 12. ff. de regul. iur. Ruyn. conſil. 182. poſt num. 21. verſ. Nec obſtat, lib. 1. Ex ca in rubr. de pactis, num. 143. Et dicit Didacus in d. cap. 14. num. 17. quod communiter Doct. ſequuntur Bart. Idem dicit Gratus conſil. 25. poſt numer. 39. verſ. Nec obſtat, libro 1. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet, quod imò non poſſit hoc caſu tale pactũ in præiudiciũ ipſius tertij abſentis, ctiã ante eius acceptationem, remitti, dicit eſſe communem Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo, Si abſque liberis, el 2. numer. 22. Roder. Xuarez. in repet. l. quoniam in prioribus in declarat. l. regni. quæſt. 8. numero 2. vbi plures enumerat tenentes hanc opinionem, et dicit quod ferè omnis ſehola Scribentium tenet cõtra Butr. Idem etiam dicit Xuarez. alleg. 19. Duennas reg. 216. in fin. & certe non poteſt negari, quin propter varias rationes, & auctoritates Doctorum hinc inde paſſus non ſit valde arduus, & periculoſus. Ego tamen, ſi caſus contingeret, non auderem conſulẽda, aut iudicando recedere ab opin. Bartol. quam credo eſſe veriorem, & magis communem, modo tamen res eſſet integra; quia ſcilicet res adhuc tradita non eſſet per donatarium illi tertio, vel etiã nondum eueniſſet caſus, in cuius euentum donatio in illum tertium collata fuerat; nam ijc caſib. crederẽ non poſſe reuocari, prout etiã fatentur omnes, teſte Didac. in d. c. 14. poſt n. 13. verſ. principaliter, & quinto, in quo capit. ipſe Didac. multum eleganter tractat hanc materiam.*

6 *Sed pone, quod donator ipſe, dum viueret, hoc pactum in fauorem tertij abſentis appoſitum non reuocauerit, nunquid eo mortuo poterit ipſius hæres illud reuocare? Reſpon. quod non; & eſt commun. opin. vt atteſtatur Soc. in d. §. Flauius, nu. 19. Exea in d. rubr. de pact. nu. 174. Didac. in d. c. 14. nu. 17. Videtur enim quodãmodo donatio ipſa confirmata morte donantis, ita vt res non poſſit amplius dici integra, & cõſequenter non poſſit donatio reuocari.*

## QVAESTIO XIV.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.*
2 *Et quid in donatione cauſa mortis.*
3 *Et quid in donatione remuneratoria.*
4 *Et quid in donatione præſumpta.*
5 *Et quid ſi donatio facta ſit præſenti, & tacenti.*
6 *Et quid in pacto, ſiue promiſſione de donando.*

Ex Additionibus.

1 *Non ſolum donatio inter viuos, ſed etiam mortis cauſa, hodie nudo pacto perficitur.*
2 *Et quid, ſi donatio facta ſit præſenti, & tacenti.*

ADDITIONES.

a *SEd nudo pacto perficitur.*] Item quod donatio haud præſumatur, probatur etiam in l. cum de in debito, ff. de probation. l. filiusfamilias, ff. de donation. l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. iuncta l. oblig. generi de pignor. & habetur per Iaſ. in conſil. 193. vol. 2. & in conſilio 160. vol. 4. Tiraquell. in l. ſi unquam. folio 118. Quod maxime procedit inter perſonas prohibitas. Corn. conſilio 146. col. 6. libr. 2. Item in aſcendente erga deſcendentem in eo, ad quod nõ tenetur, licet impenſa ſit modica per Crauet. conſi. 86. nu. 3. & 164. ſub nu. 6. vbi eriam è conuerſo ſic. Fallit, qnando præceſſerunt per Tiraqu. d. l. ſi unquam. pag. 151. Item fallit ſi aliqua adſit coniectura etiam leuiſſima per Felin. in cap. ſi cautio de fide inſtrum. num. 5. Item fallit inter coniunctos, ſecundũ Ancharan. conſ. 69. col. 2. Verum in contrarium in hoc uide per Alexand. in conſ. 167. num. 10. 11. & ſeq. vol. 7. Tu intellige in minimis per Iaſ. conſ. 193. uol. 1. Item fallit ſi interueniſſet traditio gloſſ. in §. ſin mi-

QVÆST. XIV.

1 *DE iure Digeſtorum in Donatione requirebatur, quod interueniret ſtipulatio, vel traditio; hodie vero ex diſpoſitione, l. ſi quis argentum. §. ſin autem hoc, C. de donat. Donatio non requirit ſtipulationem, vel*
a *traditionem, ſed nudo* [a] *pacto perficitur.*

2 *Et hęc quidem concluſio de plano procedit in donatione inter viuos, prout loqui videtur text. in d. l. ſi quis argentum: ſed punctus eſt, vtrum habeat locum etiam in donatione cauſa mortis, vt ſcilicet etiam ipſa nudo pacto perficiatur? Reſpond. quod ſic. Ita tenet gloſ. in l. cum pater. §. Mæuio in verbo, Donabat, ff. de leg. 2. quæ in hoc eſt communiter approbata, vt dicit Corn. conſil. 226. in lit. B. libro 3. & conſil. 237. in litt. C. lib. 4. Soc. conſil. 125. numero 1. lib. 3. Et dicit Ruin. conſil. 54. num. 4. lib. 1. quod cum illa gloſ. concordant communi-*



ſin minus. & ibi per Iaſ. col. 3. inſtit. de actio. Soc. in conſil. 73. col. 6. Dec. conſ 644. col. 2. Item fallit pro validitate actus ſecundũ Anch. d. conſ. 69. col. 2. Idem fallit fauo e dotis etiam inter extraneos, per Crauet. conſil. 15. nu. 9. Item præſumitur tribus concurrentib. ſanguinis cõiunctio, longum tempus, & rationis non redditio, per Crau. conſ. 139. quinimò inter ſcientes ex duobus præſumitur donatio ex obſeruãtia ſubſequuta, vbi probari nõ poteſt, per Crau. in conſ. 277. num. 2. Sed nũquid præſumatur ex ſimplici donatione? vide per Socin. conſ. 93. col. 9. Gomez. in §. hic itaque col. 3. Inſtit. de actio. Inducitur, quando quis patitur rem ſuam deſcribi pro cenſu ſoluẽdo. l. cenſualis. C. de donat. intellige tamen, vt per Crau. conſ. 225. col. 2. Item donatio præſumitur ratione ſanguinis & dotis per Crau. conſ. 159. & præſumitur dotis fauore etiã, vbi alia cauſa poteſt præſumi; per Alb. conſil. 12. nu. 11. etiã in extraneos, per Crau. in conſ. 15. nu. 9. dato quod ſolués eſſet obligatus ad illam quantitatem, per Alb. vbi ſupra. Itẽ præſumitur, quando filia vnius fratris fuit dotata de bonis cõmunibus cũ alio fratre eo non contradicente, per Alb. d. conſ. 12. nu. 4. Crauet. conſ. 159. nu. 4. *Giach.*

*Sed nudo pacto perfici-*
a *tur.*] Quod non ſolum donatio inter viuos, ſed etiam mortis cauſa hodie nudo pacto perficiatur, poſt Clarum noſtrum, & ab eo hic laudatos, tenẽt & probãt Michael Graſſus lib. 1. recept. ſent. §. donatio cauſa mortis. q. 8. nu. 1. Mozzius in tract. de donationibus ſub tit. de ſubſtantialibus, &c. nu. 1. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam 8. in verbo donatione largitus. num. 248. C. de reuocand. donationib. & Thadeus Piſo lib. 4. var. reſolut. cap. 3 num. 8. vbi plures laudat. Qua de re videatur quoque D. Bocerus in Comment. de donationib. c. 5. num. 8. *Harprec.*

b *Ego dono alicui, qui eſt præſens, & tacet.*]
2 Quod taciturnitas † donatarij præſentis inducat acceptationem, & conſequenter conſenſum: ſicque ex vtriuſque mutuo conſenſu donatio firmetur, vltra Clarum hic noſtrum, & ab eo allegatos tenent Angel. 183. Curt. iun. & Purpurat. in rubr. C. de pact. Iaſon in rubr. ff. de verb. oblig. Socin. conſ. 112. vol. 1. Vaſquius lib. 2. controuer. illuſtr. c. 62. nu. 13. Graſſus in d. §. donatio cauſa mortis. q. 8. nu. 2. eoſque referens Thadeus Piſo d. lib. cap. 3. nu. 16. verſic. contrarium, &c. Quibus adijciendus eſt Mozzius in d. tract. de donat. tit. de ſubſtantialibus, &c. numero 24. *Harprec.*

*ner Doctores. Hanc etiam opi. dicit eßе communem Alexand. conſil. 113. num. 5. lib. 6. & in l. 2. num. 7. ff. de legat. 1. & in l. cum ex cauſa. quam legit cum l. cum tempus, num. 2. & poſt num. 4. ff. de re iud. quem refert Bertrand. conſ. 168. num. 5. lib. 3. in ſecunda parte. Iaſ. in §. in perſonam, num. 61. Inſtit. de actio. Dec. conſil. 254. circa fin. Bertrand. conſil. 156. num. 11. & 12. lib. 1. in 2. parte, & conſil. 207. poſt num. 1. eod. volum. Gomez. in d. §. in perſonam. poſt num. 43. verſic. Item circa illud. quem refert Didac. in rubr. de teſtament. in 3. parte, num. 14. Nulla enim ſubeſt ratio diuerſitatis, cur aliud hoc caſu dici debeat in donatione cauſa mortis, quam in alijs donationibus ſtatutum ſit.*

3 *Quæro, an diſpoſitio d. l. ſi quis argumentum. habeat locum in donatione remuneratoria? Reſpond. quod non. Ita tenet Bart. in l. iuris gentium. §. quinimò. num. 20. ff. de pact. & hanc opin. dicit eſſe communem Iaſ. in d. §. quinimò, num. 19. & ſequenti. Cum enim hæc donatio non poſſit proprie dici liberalitas, vt dixi ſupra quæſt. 3. non videntur illi conuenire verba d. l. ſi quis argentum. Ego tamen ſi auderem, facile inclinarem in contrariam ſententiam, quæ etiam æquior videtur. Magis enim fauendum videretur huic donationi, quæ fouetur præexiſtente cauſa benemeritorum, quam ſimplici donationi, quæ ſoli liberalitati innititur. In iudicando tamen non recedas a communi, quia lex magis fauet liberalitati.*

4 *Item, quæro, nunquid diſpoſitio d. l. ſi quis argentum. habeat locum in donatione præſumpta? Reſpond. quod non. Ita dicit Bart. in d. §. quinimo, poſt numer. 20. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Alexan. in l. ſi aliquam. in vltimis verbis. ff. de acquir. poß. Hoc enim caſu duæ improprietates, ſeu duo ſpecialia concurrent. Primum, quod præſumeretur donatio, vbi non eſſet. Secundum, quod ex pacto nudo daretur actio. Exemplũ autem huius donationis præſumptæ poni poteſt in confeſſione dotis, facta conſtante matrimonio, vt dixi infra §. dos.*

5 *Sed pone, ego dono* [b] *alicui,*
b *qui eſt prȩſens, & tacet, nunquid talis prȩſentia cum taciturnitate inducit conſenſum, ita quod cenſeatur inductum pactum, & conſequenter valeat donatio, iuxta diſpoſitionem d. l. ſi quis argentum? Reſpon. quod ſic: & eſt communis opinio, vt ait Cagnol. in l. ſemper qui non prohibet. num. 3. ff. de reg. iur. Exea in rubr. de pact. num. 98. quem refert Didacus in rubr. de teſtamen. in 3. parte, poſt num. 13. verſ. Verum ſi donatarius. Et ſi dicas, quod ſecundum communem concluſionem, de qua ſupra, diſpoſitio d. l. ſi quis argentum. non habet locum in donatione prȩſumpta? Reſpon. quod hoc caſu non eſt conſenſus prȩſumptus: nam promiſſio facta prȩſenti, eſt vere, & proprie Pactum, vt dixi infra hoc eodem libro §. pactum.*

6 *Diſpoſitio d. l. ſi quis argentum, proculdubio locum habet in donatione: Sed quid in pacto, ſiue promiſſione de donando? Reſpon. in hoc articulo Doctores ſunt varij. Nam aliqui tenuerunt, quod non; & hanc opin. dixit eſſe cõmunem Alciat. in l. 1. in principio, poſt numerum decimumſextum, ff. de verborũ obligat. Aliqui vero tenuerunt contrarium, ſcilicet, quod imò etiam non interueniat ſtipulatio, neque traditio, talis promiſſio valet, & obligat promittentem, etiam ſolo pacto nudo interueniente. Et hanc opin. dicit eſſe cõmunem Socin. in conſ. 102. poſt num. 4. lib. 3. Gomez. in §. in perſonam num. 39. & ſequenti. Inſtit. de actio. Ripa lib. 3. reſponſ. cap. 14. numer. 1. & ſequenti, & hæc opinio tanquam verior, & magis cõmunis mihi magis placet, nam conſiderato effectu, & ſubſtantia verborum, nihil aliud eſt promiſſio donandi, quã donatio: & in dubio ſemper inclinare debemus in ſententiam, per quam actus efficax reddatur.*